Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35465
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

seruo curam gerere mei. tanto securior exeo in pascua. Stupenda insa
nia. animarum non curator ecclesias in custodiendas colligere. et unum super
ipsas quatuor habere custodem. Et quidem subiectum mei de reddenda pro se ratione
sollicitant. Qui autem praesunt mihi. ipsi potius Paulo docente peruigilant tamquam
rationem pro me reddituri. Illi et si honorant onerant. hi non tam premunt
quam protegunt. Scio me legisse. Iudicium durissimum his qui praesunt. exigua autem
conceditur misericordia. Quid quod uos o monachi sacerdotum grauat auctoritas? Me-
tuitis infestationem? Sed si quid patimini propter iustitiam beati. Securitatem con
tempnitis? Sed securior nemo Pilato. cum dominus assisteret iudicandus. Non haberes
inquit in me potestatem. nisi tibi datum esset desuper. Iam tunc ipse loquebatur et ipse experie
batur quod post per apostolos clamauit. in ecclesiis non est potestas nisi a deo. et qui resistit
potestati. dei ordinationi resistit. Hic nunc quod resistere Christi uicario. cum nec
suo aduersario Christus restiterit. aut dicite si audetis sui praesulis deum ordi
nationem nescire. cum romani praesidis potestatem Christus super se quoque fateatur
fuisse celitus ordinatam. Unde apte quidam indicant horum qui cogitent cum
multo labore ac precio apostolicis adeptis priuilegiis per ipsa sibi uendicant
insignia pontificalia utentes et ipsi more pontificum mitra. anulo.
atque sandaliis. Sane si ibi attenditur rerum dignitas. hanc monachi
abhorret professio. Sed si ministerium solis liquet congruere pontificibus. profecto esse
desiderant quod uideri gestiunt. minimeque non sunt esse subiecti quibus iam ipso
se comparant desiderio. Quid si etiam nomen eis conferre priuilegiorum posset aucto
ritas? Quanto putas auro redimerent ut appellarentur pontifices? Quo
ista o monachi? Ubi timor mentis? Ubi rubor frontis? Quis umquam probatorum
monachorum tale aliquid aut uerbo docuit aut reliquit exemplo? Duo
decim gradus humilitatis magister edidit. propriisque distinguit descriptionibus.
in quo quaeso illorum docetur aut continetur ut hoc fastu delectari monachus. has
quaerere debeat dignitates? Labor et latebrae et uoluntaria paupertas.
tas. haec uita solent nobilitare monastica. Uestri autem oculi omne subli
me uident. uestri pedes omne forum circumeunt. uestrae linguae in omnibus au
diuntur conciliis. uestrae manus alienum diripiunt patrimonium. Tamen si ita
oportet ut emancipati a subiectione pontificum pari cum successori
bus gloria. pari cathedra his denique sollempnium indumentorum insignibus
attollamini. cur non et sacros ordines celebratis et benedictiones datis
in populis? Quam multa moueor de re ad usum impudentissimam praesumptio